

taverant. 3. Ex Aug. l. 5. de Bapt. c. 23. *Manus autem impositio*, inquit, si non adhibetur ab heresi venienti, tanquam extra omnem culpam esse judicaretur: propter autem charitatis copulationem, quod est maximum donum Spiritus S. sine quo non valent ad salutem quocumque alia sanata in homine fuerint, manus Hæreticis correctis imponitur. Audis manum imponi Hæreticis, non ut confirmentur, sed ne videantur extra omnem culpam, & propter charitatis copulationem, quod est maximum donum Spiritus S. a ratione Theologica. Semp̄r fuit constans Ecclesie dogma, Sacramentum Confirmationis, non minus quam Baptismi, collatum ab Hæreticis esse validum: pariter semp̄r fuit constans Ecclesie dogma, Sacramentum Confirmationis validè collatum esse interabile: ergo ritus ille, quo baptizati in hæresi recipiebantur, non erat confirmatorius pro his, qui jam erant confirmati.

Inst. 1. Ritus, in quo reperitur materia, forma, & Minister Sacramenti Confirmationis, est confirmatorius; atqui in illo ritu reperitur materia, forma, & Minister Confirmationis, ut constat ex laudato canone Concilii Constantinop. & ex S. Methodio apud Patrem Goar in Euchologio Græcorum: ergo. R. de laud. canone Constantin. varias esse Auctorum opiniones. 1. Quidam suspiciantur esse suppositivum, quia nomen *Sabbatianorum*, quos appellat, teste Socrate l. 5. c. 21. est posterior Concilio Constantinop. nec in Paraphrasi Arabica apud Harduinum reperitur; diciturque, 4. dumtaxat Canones eo in Concilio fuisse conditos. s. Quidam, supposito hoc canone legitimo, respondent in eo non agi de ritu confirmatorio, sed reconciliatorio. Unde distinguunt Majorem sic: Ritus, in quo reperitur forma, materia, & Minister Sacramenti Confirmationis cum intentione efficiendi Sacramenti, est confirmatorius, C. sine intentione efficiendi Sacramenti, N. Non sufficit ergo ad esse sacramentale, quod adsint materia, forma, & Minister, si ex intentione, circumstantiis, & precibus adjunctis ritus determinetur ad aliud, ut hic contingit. 3. Quidam concedunt, in eo canone agi de ritu confirmatorio, sed respectivè ad eos, qui baptizati in hæresi non acceperunt Confirmationem, quales esse volunt omnes in eo canone numeratos, Arianos, Macedonianos, Sabbatianos, Novatianos, Tesseradecitas, & Apollinaristas. Quis enim, inquit, ostendet, omnes hos Hæreticos, Spiritus S. impugnatore, non contempisse hoc ejus signaculum, aut non adulterasse formam, aut chrismatos fuisse ab Episcopis? Neque enim in illorum Presbyteris præsumenda est permissio summi Pontificis, vel Ecclesie consensio, qualis requiritur, ut Presbyteri Græci validè confirmet. Ad Methodium, quidam censent eum non fuisse S. Methodium, sed quemdam recentiorum Methodium apostatam. Sed dato, fuisse S. Methodium, secunda, vel tertia responsio præcedens adhibenda est.

Inst. 2. S. Cyr. Ep. ad Jubsjan. & Ep. ad Stephanum 1. contendit, Hæreticos recipiendos esse per Baptismum, & Confirmationem. 2. Soppont ut certum, Stephanum recipere Hæreticos per Confirmationem; inde enim contra ipsum, ad probandum invalidum esse Baptisma Hæreticorum, & idè pariter iterandum, sic arguit: si nulla est Confirmatio Hæreticorum, & idè iteranda: ergo pariter est nullum eorum Baptisma, & idè iterandum. Et in Ep. ad Stephanum addit: *Ut utroque Sacramento illi renascerentur*. R. ad 1. Mirum videri non debet, Cyprianum, qui rejiciebat Baptismum Hæreticorum, rejicisse etiam eorum Confirmationem, & in utroque errasse. Ad 2. 1. Si revera suppositus Cyprianus, Stephanum recepisse Hæreticos per Confirmationem, ejus mentem, æstu disputationis abreptus, non fuit assecutus. Sed verius videtur, Cyprianum supposuisse Stephanum imponere manus Hæreticis redeuntibus, ut acciperent Spiritum S. ex quo, juxta falsum suum principium, infereret contra Stephanum, eorum Baptisma esse nullum: in eo enim errore versabatur Cyprianus, ut alibi observavimus ex Aug. quod non satis distingueret inter Sacramentum, & rem Sacramenti, contenderetque nullum esse Sacramentum, quod effectu suo careret: ex hoc enim falso principio, sic arguebat: Stephanus imponit manus Hæreticis redeuntibus, ut accipiant Spiritum S. & remissionem peccatorum: ergo neutrum acceperant apud Hæreticos: ergo nec verum Baptisma, quod non potest esse sine S. Spiritu, & remissione peccatorum. Ad verba, quæ addit in Ep. ad Stephanum; vel ex propria sententia locutus est, vel in falso supposito de mente, & ritu S. Stephani; vel quod verius videtur, per utrumque Sacramentum non intellexit Baptismum, & Confirmationem, sed aquam, & Spiritum S. tum quia nemo dixit homines renasci ex Confirmatione; tum quia, ad probandum Hæreticos debere renasci ex utroque Sacramento, assumit illud Jo. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu S. &c.* quasi diceret: qui baptizatur ab Hæreticis non renascitur ex Spiritu S.: ergo non validè baptizatur, nec verè renascitur; spiritualis enim renascentia non est ex sola aqua, sed etiam ex Spiritu S.: ergo debet et

utroque Sacramento renasci, id est, ex aqua, & Spiritu S. suum Sacramentum in latiori significatione.

Inst. 3. Aug. l. 3. de Bapt. c. 16. dicit: *Manus autem impositio, non, sicut Baptismus, repeti non potest*: ergo. R. Aug. aperte loqui de impositione manû, non confirmatoria, sed ceremoniali, & reconciliatoria, ut patet ex his verbis immediatè sequentibus: *Quid est enim aliud, quam oratio super hominem?*

Inst. 4. Impositio manuum, seu etiam unctio, quæ fit in Spiritum S. est confirmatoria; atqui non solum ex Cyr. & Aug. sed etiam ex Conc. Arelat. II. can. 8. Siricio Ep. ad Himer. Innoc. I. Ep. 22. &c. redeuntibus ab hæresi manus imponebantur, aut unctio adhibebatur, ut acciperent Spiritum S. ergo. R. D. Maj. Impositio manuum, seu unctio, quæ fit in Spiritum S. tamquam causa per se illius, & ex opere operato, est confirmatoria, C. tamquam causa, per accidens removens prohibens, & ex opere operantis, N. Ad ejus sensum distincta Min. N. Conseq. Quando ergo SS. Patres dicunt, unctioem, seu impositionem manuum fieri redeuntibus, ut acciperent Spiritum S. non intelligunt, hanc impositionem, seu unctioem vi sua, & ex opere operato producere gratiam, & Spiritum S. quod est proprium Sacramentorum, sed ex opere operantis, & tamquam removens prohibens, seu potius tamquam signum penitentiae, & reconciliationis cum Ecclesia, quæ removet, ut loquitur Aug. circ. l. 3. de Bapt. c. 13. *Discordie fedilitatem, & dissensionis iniquitatem*, qua impediatur Baptismus, ne vim suam exerceat, & Spiritum S. ac remissionem peccatorum conferret; eo modo quo diximus de Baptismo fieti suscepto, qui sublata fictione reviviscit. Ita expressè Aug. l. 1. de Bapt. c. 12.

Petes 1. Utrum, qui Confirmationem iteraret, fieret irregularis, sicut de iterantibus Baptismum dictum est? R. probabilis negativè: quia irregularitas non incurritur, nisi sit in Jure expressa; hæc autem nullibi reperitur in Jure.

Petes 2. Utrum character Confirmationis necessariò præsupponat characterem Baptismi? R. affirmativè. (*Hic art. 6. o.*) ita quòd si aliquis non baptizatus confirmaretur, nihil reciperet. Ratio est 1. quia, ut jam alibi dixi, Baptismus est janua aliorum Sacramentorum; neque quis fieri potest particeps Christi, nisi in ejus corpus mysticum sit cooptatus. (*Ibid.*) Quia sic se habet Confirmatio ad Baptismum, sicut augmentum ad generationem; undè a Conciliis, & Patribus Confirmatio dicitur consummatio, & perfectio Baptismi; atqui nullus potest promoveri in ætatem perfectam, nisi primò fuerit natus: ergo. 3. Id constat ex continuata ab Apostolis praxi Ecclesie, quæ nunquam nisi baptizatis contulit Sacramentum Confirmationis.

ARTICULUS X.

De Ritibus Confirmationis.

DE Ritibus observandis circa confectionem chrismatum, unctioem in fronte, & dispositiones confirmandorum, jam dixi hinc, & inde in superioribus: restat breviter dicendum de Patris, Alapa, & Vitis, seu Fascioli.

1. Patris nosse assumendos in Confirmatione, testatur antiqua Ecclesie praxis, cujus mentio fit in Sacramentario S. Greg. in Ordine Rom. cap. In *Catechismo*, cap. *Non plures*, & cap. *In Baptismate*, de Consec. dist. (*Hic art. 10. o.*) Ratio hujus ceremonie est; quia hoc Sacramentum datur ad robur pugne spiritualis: illi autem, qui assumuntur ad pugnam, indigent Eruditoribus, a quibus instruuntur de his, quæ pertinent ad modum certaminis. Assumendi sunt ad hoc officium baptizati, & confirmati, mares pro maribus, foeminae pro foeminis: debent scire ad minus Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum Apostolorum. Excluduntur Pater, & Mater confirmandi propter cognationem spiritualem, quam suscipiens contraheret cum comparte: Junior non debet suscipere seniore. Si sit infans confirmandus, Patris, vel Matrinas debet illum suscipere dextra. Si sit adultus, debet ponere pedem suum super pedem dextrum susceptoris. Si nomen confirmandi sit turpe, vel ridiculum, debet susceptor curare, ut mutetur. Si quis non confirmatus alium suscipiat, peccat; incurrit tamen cognitionem, cujus est capax ratione Baptismi; & onus officii suscepti, quod est nihilum exemplo, & doctrina instruere ad pugnam contra fidei hostes. In quibusdam Dioccesibus non assumuntur amplius Patris.

II. Statim, ac Episcopus formam Sacramenti pronuntiavit, levem alapam infligit in maxillam confirmati; tum ut meminerit se esse confirmatum; tum maxime ut agnoscat, inquit Catechismus Rom. p. 2. §. 10. se tamquam fortem athletam paratum esse oportere ad omnia adversa invictò animo pro Christi nomine ferenda. Deinde pax ei datur, ut intelligat se gratiæ celestis plenitudinem, & pacem, quæ exuperat omnem sensum, consecutum fuisse. Tempus institutionis hujus Ritû incertum est. Fertur tamen in Manuscripto Vaticano annorum 400., & in

in altero Bibliothecæ Angelicæ annorum 500. mentionem de illo haberi. III. Vita seu fasciola linea frons confirmati circumligatur, nec chrisma defluit, & profanationi patet. Manebat olim frons confirmati circumligata 7. diebus, postea 3. deinde 24. horis: tandem in pluribus Dioccesibus, omisa fasciola, statim abstergitur frons confirmati. Ubi verò adhuc servatur usus fasciole, debet

tollì & chrisma abstergi à Sacerdote, deinde fasciola comburenda, & cineres in Ecclesia vel atrio sub terra abscondi: quòd si in usum Ecclesie deputetur (numquam enim in profanum usum potest transferri) debet prius lavari sale & aqua in sacrarium fundenda. Hi omnes Ritus ex variis Synodis sunt collecti.

TRACTATUS
DE ALMO EUCHARISTIÆ SACRAMENTO.

D. Thom. Quest. 73 ad 83.

SUMMA DOCTRINÆ CATHOLICÆ
DE EUCHARISTIA

EX CONCILIIS, FLORENTINO, ET TRIDENTINO.

Decretum Concilii Florentini pro instructione Armenorum (Sub Eugenio IV. anno 1439. S. Thom. opusc. 5.)

Canones Concilii Tridentini de sacrosancto Eucharistiæ Sacramento (Sess. 13. 11. Octobris 1551. sub Julio III.)

Tertium est Eucharistiæ Sacramentum, cujus materia est panis triticeus & vinum de vite, cui autè Consecratio, nem aqua modicissima admisceri debet. Aqua autem idè admiscetur, quoniam juxta testimonia SS. Patrum ac Doctorum Ecclesie, pridem in disputationem exhibita, creditur, ipsum Dominum in vino aqua permixto hoc instituisse Sacramentum. Deinde, quia hoc convenit Dominicæ Passionis representationi. Inquit enim Beatus Alexander Papa V. a Beato Petro: In Sacramentorum oblationibus, quæ intra Misarum solennia Domino offeruntur, panis tantum & vinum aqua permixtum in Sacrificium offerantur. Non enim debet in Calice Domini nisi vinum solum, aut aqua sola offerri, sed utrumque permixtum: quia utrumque, id est, sanguis & aqua ex latere Christi profluxisse legitur. Tum etiam, quòd convenit ad significandum hujus Sacramenti effectum, qui est unio Populi Christiani ad Christum. Aqua enim Populum significat, secundum illud Apocalypsis (Apoc. 17.): *Aqua multa, Populi multi*. Et Julius Papa II. post Beatum Sylvestrum ait: Calix Dominicus, juxta Canonum præceptum, vino & aqua permixtus debet offerri; quia videmus in aqua Populum intelligi, in vino verò ostendi sanguinem Christi. Ergo cum in Calice vinum & aqua misceretur, Christo Populus adunatur, & fidelium plebs ei, in quem creditur, copulatur & jungitur. Cum ergo tam sancta Romana Ecclesia, a Beatissimis Apostolis Petro & Paulo edocta, quam reliquæ omnes Latinarum Græcorumque Ecclesie, in quibus omnis sanctitatis & Doctrinæ lumina claruerunt, ab initio nascentis Ecclesie sic servaverint & modò servant, inconveniens admodum videtur, ut alia quævis Regio ab hac universali & rationabili discrepet observantia. Decernimus igitur, ut etiam ipsi Armeni se cum universo Christiano conformet, eorumque Sacerdotes in Calicis oblatione paulullum aquæ, proli dictum est, admisceant. vino. Forma hujus Sacramenti sunt verba Salvatoris, quibus hoc conficit Sacramentum. Sacerdos enim in Persona Christi loquens hoc conficit Sacramentum. Nam ipsorum verborum virtute substantia panis in Corpus Christi, & substantia vini in sanguinem convertuntur; ita tamen quòd totus Christus continetur sub specie panis, & totus sub specie vini: sub qualibet quoque parte Hostiæ consecrate & vini consecrati, separazione facta, totus est Christus. Hujus Sacramenti effectus, quem in anima operatur dignè summentis, est adunatio hominis ad Christum. Et quia per gratiam homo Christo incorporatur & membris ejus unitur; consequens est, quòd per hoc Sacramentum in summentibus dignè gratia augeatur; omnemque effectum, quem materialis cibus & potus quoad vitam agunt corporalem, sustentando, augendo, reparando, & delectando, Sacramentum hoc, quoad vitam operatur spiritualem: in quo, ut inquit Urbanus Papa, gratiam Salvatoris nostri recensemus memoriam, nam malo retrahimur, confortamur in bono, & ad virtutum & gratiarum proficuum incrementum.

I. Si quis negaverit, in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento contineri verè, realitèr & substantialitèr Corpus & sanguinem, unà cum anima & divinitate Domini nostri Jesu Christi, ac prohibèrè totum Christum; sed dixerit, tantummodo esse in eo ut in signo, vel figura, aut virtute; anathema sit.

II. Si quis dixerit, in sacrosancto Eucharistiæ Sacramento remanere substantiam panis & vini, unà cum Corpore & sanguine Domini nostri Jesu Christi; negaveritque mirabilem illam, & singularem conversionem totius substantiæ panis in Corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, manentibus dumtaxat speciebus panis & vini; quam quidè conversionem Catholica Ecclesia aptissimè Transsubstantiationem appellat; anathema sit.

III. Si quis negaverit, in venerabili Sacramento Eucharistiæ sub unaquaque specie, & sub singulis cujusque speciei patribus, separazione facta, totum Christum contineri; anathema sit.

IV. Si quis dixerit, peracta consecratione, in admirabili Eucharistiæ Sacramento non esse Corpus & sanguinem Domini nostri Jesu Christi, sed tantum in usu, dum sumitur; non autem antè vel post; & in hostiis seu particulis consecratis, quæ post Communionem reservantur vel supersunt, non remanere verum corpus Domini; anathema sit.

V. Si quis dixerit, vel præcipuum fractum sanctissimæ Eucharistiæ esse remissionem peccatorum, vel ex ea non alios effectus provenire; anathema sit.

VI. Si quis dixerit, in sancto Eucharistiæ Sacramento Christum unigenitum Dei Filium non esse cultu latræ, etiam externo, adorandum; atque idè nec festiva peculiari celebritate venerandum, neque in processionibus, secundum laudabilem & universalem Ecclesie sanctæ ritum & consuetudinem, solemnitèr circumgestandum; vel non publicè, ut adoretur, populo proponendum; & ejus adoratores esse Idolos; latras; anathema sit.

VII. Si quis dixerit, non licere sacram Eucharistiam in sacrario reservari, sed statim post Consecrationem adstantibus, necessariò distribuendam; aut non licere, ut illa ad Infimos honorificè deferatur; anathema sit.

VIII. Si quis dixerit, Christum in Eucharistia exhibiturum spiritualitèr tantum manducari & non etiam sacramentalitèr, ac realitèr; anathema sit.

IX. Si quis negaverit, omnes, & singulos Christi fideles, utriusque sexû, cum ad annos discretionis pervenerint, teneri, singulis annis, saltem in Paschate, ad communicandum juxta præceptum S. Ecclesie; anathema sit.

X. Si quis dixerit, non licere Sacerdoti celebranti seipsum communicare; anathema sit.

XI. Si quis dixerit, solam fidem esse sufficientem præparationem ad sumendum SS. Eucharistiæ Sacramentum; anathema sit.

XII. Et ne tantum Sacramentum indignè, atque idè in horum & condemnationem sumatur, statuit atque declarat ipsa

ipsa S. Synodus illis, quos conscientia peccati mortalis gra-
vat, quantumcumque etiam se contritos existimet, ha-
bita copia Confessoris, necessario praevidenda esse Confes-
sionem sacramentalem. Si quis autem contrarium docere,
praedicare, vel pertinaciter asserere, seu etiam publicè dispu-
tando defendere praesumpserit; eo excommunicatus exis-
tat.

Canones ejusdem Concilii Tridentini de Communionem sub
utraque specie, & parvulorum (Sess. 21.
16. Julii 1562. sub Pio IV.)

I. Si quis dixerit, ex Dei praecepto, vel necessitate salutis,
omnes & singulos Christi fideles utramque speciem
sanctissimi Eucharistiae Sacramenti sumere debere; anathe-
ma sit.


II. Si quis dixerit, Ecclesiam Catholicam non iustis causis
& rationibus adductam fuisse, ut Laicos, atque etiam Clericos
non conficientes, sub panis tantummodo specie communicaret,
aut in eo errare; anathema sit.

III. Si quis negaverit, totum & integrum Christum, om-
nium gratiarum fontem & autorem, sub una panis specie
sumi, quia, ut quidam falso asserunt, non secundum ip-
sius Christi institutionem sub utraque sumatur; anathema
sit.

IV. Si quis dixit, parvalis, antequam ad annos discretio-
nis pervenerint, necessariam esse Eucharistiae Communionem;
anathema sit.

Canones ejusdem Concilii Tridentini de Sacrificio
Missae. (Sess. 22. 17. Septembr. 1562.
sub Pio IV.)

I. Si quis dixerit, in Missa non offerri Deo verum & proprium
sacrificium; aut quod offerri non sit aliud quam nobis Chris-
tum ad manducandum dari; anathema sit.



DISSERTATIO I.

DE VERITATE, ET EXISTENTIA EUCHARISTIAE.

SIVE

DE VERA, ET REALI PRÆSENTIA CHRISTI IN EUCHARISTIA.

D. Thom. Quest. 75.

Quamvis S. Th. celeberrimam hanc questionem & alteram
de transubstantiatione expendat infra questione 75. quia
tamen omnia, in hoc Tractatu dicenda, realem Christi
praesentiam & transubstantiationem supponunt, more ab
hodiernis Scholasticis plerumque usurpato, utramque ques-
tionem toti Tractatui praemittimus, prius tamen propositis,
quae de nominibus, figuris, & definitionibus hujus Sacramenti
circumferuntur.

ARTICULUS I.

De variis nominibus, figuris, & definitionibus
Sacramenti Eucharistiae.

NOMINA.

Variis (Hic. q. 73. a. 4. o.) nominibus convenienter insigni-
tur hoc Sacramentum secundum varias ejus significatio-
nes. 1. Habet significationem respectu praeteriti, in quantum
est reinerotivum Domine Passionis, quae fuit verum Sacri-
ficium; & secundum hoc nominatur *Sacrificium*. Aliam ha-
bet significationem respectu praesentis, scilicet Ecclesiasti-
cae unitatis, quatenus per illud specialiter communicamur
Christo, & unum ad invicem, juxta illud 1. Cor. 10. *Unus
panis, unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane par-
ticipamus*; & secundum hoc nominatur *Communio* & *Syna-
xis*. Tertiam habet significationem respectu futuri, in quan-
tum est praefigurativum fructus Dei, quae erit in patria;
& secundum hoc dicitur *Viativum*, quia hic nobis praebet
viam, illuc perveniendi. Propter eandem rationem nomina-
tur *Eucharistia*, id est, bona gratia; tum quia *gratia Dei vi-
ta aeterna*; tum quia continet Christum, qui est fons gratiae.

II. Si quis dixerit, illis verbis: *Hoc facite in meam com-
memorationem*, Christum non instituisse Apostolos Sacerdotes;
aut non ordinasse, ut ipsi, aliqui Sacerdotes offerrent Corpus
& sanguinem suum; anathema sit.

III. Si quis dixerit, missae Sacrificium tantum esse laudis
& gratiarum actionis, aut nudam commemorationem Sacri-
fici in cruce peracti, non autem propitiatorium; vel soli pro-
desse sumenti; neque pro vivis & defunctis, pro peccatis, pe-
nis, satisfactionibus, & aliis necessitatibus offerri debere; ana-
thema sit.

IV. Si quis dixerit, blasphemiam irrogari sanctissimo Christi
Sacrificio in cruce peracto per Missae Sacrificium; aut illi per hoc
derogari; anathema sit.

V. Si quis dixerit, imposturam esse Missas celebrare in hono-
rem Sanctorum, & pro illorum intercessione apud Deum obtinen-
da, sicut Ecclesia intendit; anathema sit.

VI. Si quis dixerit, Canonem Missae errores continere, ideò
que abrogandum esse; anathema sit.

VII. Si quis dixerit, caeremonias, vestes, & externa sig-
na, quibus in Missarum celebratione Ecclesia Catholica uti-
tur, irritabilia impietatis esse magis, quam officia pietatis; ana-
thema sit.

VIII. Si quis dixerit, Missas, in quibus solus Sacerdos sacra-
mentaliter communicat, illicitas esse, ideòque abrogandas;
anathema sit.

IX. Si quis dixerit, Ecclesiae Romanae ritum, quo sum-
missa voce pars Canonis & verba Consecrationis profertur,
tur, damnandum esse; aut lingua tantum vulgari Missam ce-
lebrari debere; aut aquam non miscendam esse vino in Ca-
lice offerendo, eò quòd sit contra Christi institutionem; ana-
thema sit.

Eucharistia dupliciter considerari potest. 1. respectivè ad
homines, quos sanctificat, sub qua ratione est Sacramentum. 2. res-
pectivè ad Deum, quem colit & placat, sub qua ratione est Sacri-
ficium. De Eucharistia, ut est Sacramentum, dicemus prinò; dein-
de illa ut est Sacrificium.



DISSERTATIO I.

DE VERITATE, ET EXISTENTIA EUCHARISTIAE.

SIVE

DE VERA, ET REALI PRÆSENTIA CHRISTI IN EUCHARISTIA.

D. Thom. Quest. 75.

Quidam intelligunt etiam per Eucharistiam gratiarum actio-
nem; quia Christus in ejus institutione gratias egit, & offertur
in gratiarum actionem: unde Sacerdos dicit: *Quid retribuam
Domino, &c.*

Sunt & alia hujus Sacramenti nomina, sive ratione mate-
riae, sive ratione effectus, sive ratione rei contentae. Ratione
materiae dicitur *Panis vitae, panis qui de Caelo descendit, panis
Angelorum, panis supersubstantialis*. Ratione effectus dicitur
Sacramentum gratiae, gratia salutaris. Ratione rei contentae dicitur
Corpus Christi, corpus Dominicum, &c. Item dicitur *Mensa
Domini, sacrum Convivium*; quia est institutum per modum
convivii spiritalis animae. Dicitur *Cena Domini*, quia fuit in-
stitutum in novissima Cena. Volunt tamen quidam, hoc nomine
parè utendum; quia illo abutuntur Haeretici, ut suadeant hoc
Sacramentum consistere in usu, seu actu cenandi, nec ad ejus
sumptionem requiri jejunium. Item dicitur *Eulogia*, id est, Be-
nedictio Verum hoc nomen etiam tribebatur pani benedicto,
qui loco Eucharistiae distribuatur his, qui ex causa legitima &
inculpabili abstinere a Communione.

Dicitur etiam aliquando *Agapa*, id est, dilectio. *Agapae* autem
erant Conventus convivales, qui fiebant in Ecclesia, ut foveret-
tur mutua inter Christianos dilectio, atque inde juvantur pau-
peres: & quia haec convivia praecedebat Eucharistiae celebratio, ideò
nomen *Agapae* illi tributum est, eum sic aliunde summa Dei dilec-
tionis argumentum, & fraternae charitatis symbolum.

FIGURÆ.

Tria (Ibid. a. 6. o.) in hoc Sacramento considerare possu-
mus. Primum id, quod est Sacramentum tantum, quod
est panis & vinum, seu illorum species. Secundum id, quod est
res, & Sacramentum, scilicet corpus Christi. Tertium quod est

res

res tantum, scilicet effectus hujus Sacramenti, seu gratia: &
haec tria possunt considerari vel singula seorsim & diversè,
vel omnia, simul collectivè. Si considerentur singula seorsim:
(Ibid.) quantum ad id, quod est Sacramentum tantum, potis-
simum figura hujus Sacramenti fuit oblatio Melchisedec, qui
obtulit panem & vinum. Quantum ad id quod est res & Sa-
cramentum, scilicet Christum passum, qui continetur in hoc
Sacramento, figuræ ejus fuerunt omnia Sacrificia veteris Tes-
tamenti, præcipue sacrificium expiationis, quod erat solem-
nissimum, in quo immolabantur duo arietes in holocaustum,
vultus pro peccato Sacerdotis, & hircus pro peccato populi
Levit. c. 16. Quantum ad effectum, Manna fuit præcipua
ejus figura, quippe quæ habebat in se omnis saporis suavita-
tem, sicut gratiam hujus Sacramenti quantum ad omnia reficit
animam.

Si verò hæc tria (Ibid.) simul collectivè considerentur, fi-
gura hujus Sacramenti fuit Agnus Paschalis. Quantum ad 1.
quia manducabatur cum panibus azymis. Quantum ad 2. quia
immolabatur ab omni multitudine filiorum Israël luna decima
quarta, quod fuit figura Passionis Christi, qui propter inno-
centiam dicitur Agnus. Quantum ad 3. quia per sanguinem
Agni Paschalis protecti sunt filii Israël a devastante Angelo, &
Ægyptiaca servitute educti. Unde Agnus Paschalis ponitur præ-
cipua hujus Sacramenti figura.

DEFINITIONES.

Eucharistia, physicè considerata, prout constat ex materia
& forma, defini potest: *Species panis & vini consecrata
sub præscripta verborum forma continens verum corpus &
sanguinem Christi ad causandam gratiam cibantem animam.*
Metaphysicè sumpta, prout constat genere & differentia defi-
nitur: *Sacramentum corporis & Sanguinis Christi, ad spiritualem
animæ refectionem institutum. Vel: signum sensibile corporis
& sanguinis Domini realiter sub ipsa contenti, ad producen-
dam gratiam spiritualitèr nutrientem.* Hæ definitiones pa-
tebunt ex dicendis.

ARTICULUS II.

De variis erroribus circa veritatem Eucharistiae.

PRIMI hunc fidei articulum impugnavit Capharnaïta & qui-
dam Christi Discipuli, ut patet Joann. 6. ubi legitur, eos
non potuisse capere promissionem Christi de danda carne sua in
cibum, & sanguine suo in potum: *durus est hic sermo*, inqui-
ebant, & scandalo inde accepto abierunt retrò. Hos secuti sunt
Simoniani, Menandrini, Manichæi, & omnes illi Haeretici, qui
negantes Verbum assumpsisse verum corpus, consequenter ne-
gabant illud esse verum in Eucharistia, de quibus S. Ignatius Ep.
ad Smirnaenses; sed hi, ut patet, indirectè tantum impetebant
veritatem hujus Sacramenti.

2. Joannes Scotus, Erigena dictus, qui circa ann. 883. obiit,
suspecte fidei habitus est circa præsentiam realem in libro, quem
composuit de *Corpore Christi*; qui ideò proscriptus est postea in
Concilio Vercellensi ann. 1503. Eo potissimum utebatur Berenga-
rius in sui erroris defensionem.

3. Berengarius, Turonibus oriundus, Andegavensis Archi-
diaconus, ann. 1407. primus in Ecclesiam palam negavit præ-
sentiam realem Christi in Eucharistia, contemditque omnia in sig-
nis & figuris consistere. Unde à S. Th. & aliis, primus hujus hære-
sis auctor dicitur, Sacramentariumque Patens.

Primum damnata est hæresis Berengarii in Concilio Romano,
deinde in Vercellensi sub Leone IX. ann. 1053. & Liber Joan-
nis Scoti, quo maxime utebatur Berengarius, proscriptus. Rur-
sus damnata fuit hæc hæresis in Concilio Florent. sub Victore II.
ann. 1055. In Turonensi eodem anno. In Romano sub Nicolao II.
ann. 1059. In Rothomagensi ann. 1063. In Pictaviensi ann. 1075.
In Romanis duobus sub Gregorio VII. ann. 1078. & 1079. Be-
rengarianam hæresim scriptis impugnavit viri doctissimi, Alde-
mannus, Hugo Lingonensis Episcopus, Lanfrancus, Durandus
Troarnensis Abbas, Gutimundus, & Algerus.

Berengarius, in Synodo Romana sub Nicolao II. damnatus,
errorem suum edita fidei formula ejuravit; sed velut canis ad vo-
mitum reverteris veritatem Catholicam iterum impugnavit, donec
in altera Synodo Romana à Gregorio VII. coacta iterato dam-
natus veniam petit, ac veritatem Catholicam sequenti fidei for-
mula professus est. *Ego Berengarius, corde credo & ore con-
fiteor, panem, & vinum, quæ ponuntur in altari per myste-
rium sacrae orationis & verba nostri Redemptoris, substantia-
liter converti in veram & propriam ac vivificantem carnem
& sanguinem Jesu Christi Domini nostri; & post consecratio-
nem esse verum Christi Corpus, quod natum est de Virgine,
& quod pro salute mundi oblatum in cruce pependit, & quod se-*

det ad dexteram Patris; & verum sanguinem Christi, qui de
latere ejus effusus est; non tantum per signum & virtutem Sa-
cramenti, sed in proprietate naturæ & veritate substantiæ: si-
cut in hoc Brevi continetur, & ego legi, & vos intelligitis, sic
credo, nec contra hanc fidem ulterius docebo. Aliquandiu post
absolutam Synodum SS. Pontifex Berengarius remisit ad patrios
Lares cum Litteris commendatitiis, ne quis vel in bonis, vel in
honore ipsi esset nocumento.

Utrum tamen hanc ultimam fidei professionem sincero ani-
mo fecerit Hæresiarcha, aut eam sincerè factam non abjecerit,
non satis constat; siquidem habetur ex Chronico Mallesensi
coactum fuisse Concilium Burdigalense ann. 1080. in quo Bere-
ngarius reddidit rationem fidei suæ. Ut quod autem ista fidei ra-
tio reddita, si Berengarius sincerè fidem professus fuisset, aut
in ea constantè mansisset? Insuper P. Mabillonius profert ma-
nuscriptum codicem, in quo refertur scriptum Berengarii, quo
tertiam fidei professionem rescindit, & ad ejus subscriptionem
metu supplicii se coactum testatur. Cæterum, quidquid sit de
ejus vel sinceritate vel constantia in profertenda fide Catholica,
videtur saltè certum cum obisse Catholicum & Pœnitentem
ann. 1088. quidquid in contrarium dicant Scriptores Calviniani.
Id testatur Clarius Floriacensis Monachus in Chronico S. Petri
Viri inenute sæculo 12. Wilhelmus Malmesburiensis l. 3. de
gestis Regum Angelorum, Hildebertus Episcopus Concomanen-
sis in Epitaphio de eodem Berengario apud civitatem Wilhel-
mum, S. Antonius Chronici p. 2. tit. 16. §. 20. Vincentius
Bellov. in speculo historiali l. 25. c. 30. Martinus polony in
Henrico II. Philippus Jacobus Bergomensis in supplemento
Chronicorum l. 12. Tandem, & quod maxime probat, in ma-
nuscripto B. Martini Turonensis Berengarii obitus his verbis legi-
tur: *Obiit Magister Berengarius Grammaticus, fidelis, & verè
Catholicus anno Domini 1088. Philippi primi Francorum Re-
gis anno 28. Urbani Papæ anno 4.* Et Canonici ejusdem Eccle-
siae quotannis feria 3. Paschæ ad ejus tumulum, qui in claustrò
S. Cosmæ visitur, conveniunt canentes Psalmum *De profundis*
in ejus animæ requiem.

4. Circa ann. 1126. Petrus de Bruis, à quo Petro-Brossiani
inter varios errores, quos in Provincia Arrelatensi dissemina-
vit, inficiatus est, quòd, licet Christus panem in corpus suum
in ultima Cæna converterit, id facerent Apostoli & eorum suc-
cessores. Adversus hunc Hæreticum insurrexit Petrus Clugia-
censis. Ejus vero Discipulum primum Henricum, undè &
Henriciani, qui post viginti annos Magistri hæresim propug-
navit, S. Bernardus scriptis, sermonibus, & miraculis con-
fudit.

5. Circa ann. 1176. Waldensium seu Pauperum de Lugdu-
no, qui etiam dicti sunt Albigenes, & Lollardi à Lollardo fa-
moso Waldi Discipulo, quidam transubstantiationem, quidam
Corporis Christi veritatem negarunt. Hos S. Dominicus patrum
Principum Christianorum copiis prodigavit, patrum prædicatione
& miraculis convertit.

6. Circa ann. 1312. Wiclef, Anglus, substantiam panis &
vini remanere in Eucharistia, nec accidentia manere sine sub-
jecto, affirmavit; Christum verò realiter adesse negavit, ut
constat ex Concilio Constantiensi sess. 8. Joannes Hus, licet con-
tra Eucharistiam nihil scripserit, deque eo mysterio Haeticorum
more dubitanter locutus fuerit, patet tamen ex sess. 13. ejusdem
Concilii, & ex processibus contra illum factis, ipsum Wiclefæ er-
rores secutum fuisse.

7. Circa initium sæculi 16. Martinus Lutherus, cum non
posset negare realitatem Corporis Christi in Eucharistia ob evi-
dentia Scripturæ testimonia, ut ipse fatetur Epistola ad Argenti-
nenses, impationem sustinuit. At ejus Discipulus Carolostadius
tentavit, quod Magistro impossibile visum fuerat, fuitque pri-
mus inter hujus sæculi Sectarios, qui Berengarianum dogma da
sola Christi figura in Eucharistia recudit ann. 1525. Huic succinit
Zuinglius Helvetius eodem anno, edito libro *de vera, & falsa
Religione*. Zuinglio adhaesit Joannes Orolampadius. Utrumque
postea secuti sunt Ballingerius, Bernardus Ochinus, Petrus Mar-
tir, & deinde dicti Sacramentarii.

Anno 1530. Bucerus, pseudo Evangelii Minister primarius
apud Argentenses, Zuinglii virus ipsis propinavit, multo ta-
men furo temperatum, ne Lutheranis displiceret. Hujus Cal-
vinus adhuc junior fuit auditor, ex quo, & doctrinam, & mo-
dum loquendi ambiguum, & subobscurum hausit; non sic tamèn,
quòd ejus mens erronea appareret, satisque evidentè inculca-
ret Eucharistiam esse dumtaxat signum, & figuram corporis,
& sanguinis Christi, nec Christum ibi esse præsentem nisi per fi-
dem, & secundum virtutem. Quamvis enim l. 4. Instit. c. 17.
§. 5. dicat, Christum jubere nos sub symbolis panis, & vini
sumere ejus corpus, & sanguinem, & §. 7. non posse ingenio
comprehendi, se sola fide, quomodo res, quæ tantum dis-
tant, possint conjungi; & alibi similia sub furo effusit: at-
tamen loco cit. claris verbis mentem suam hæreticam aperit,
dum

dum dicit: *Ingenū confiteor mixturam carnis Christi cum anima nostra, vel transfusionem qualis, ab ipsis docetur, me repudiare; quia nobis sufficit Christum e carnis substantia vitam in animas nostras inspirare, imò propriam vitam in nos diffundere, quomvis in nos non ingrediatur caro Christi.* Item ibid. *Interim verò hanc (Christi communicationem) non aliam esse, quàm fidei manducationem fatemur, ut nulla alia fingi possit.* Subdolum Magistrorum suorum Calvini, Bucerii, &c. genium aliquandò retinere Calvinistæ Galli, at modò pallam & obstinatè errorem proficiunt. Sociniani cum Calvinistis contendunt, Christum non esse corporaliter presentem in Eucharistia. Undè verbum *est* sumunt pro *significat*; sed negant contrà eosdem, hoc Sacramentum esse sigillum seu figuram efficacem gratiæ. His Hæreticis multi annuerunt Stercoranistas circa sæculum 9. qui, cum arbitrarentur, corpus Christi in hoc Sacramentò esse corruptibile, dicebant in secessum non secus ac alios cibos communes abire: at non omninò certò exiisse hanc hæresim, conatur probare novissimus scriptor Laurentius Berti l. 33. c. 11. Vide, si lubet.

ARTICULUS III.

Asseritur Dogma Catholicum de reali presentia Christi in Eucharistia.

Dico. In alio Eucharistiæ Sacramento post panis & vini consecrationem Dominus noster Jesus Christus, verus Deus atque homo, verè, realitèr ac substantialitèr sub specie illarum rerum sensibilium continetur. Sunt verba Concilii Trid. sess. 13. cap. 1. *Explicatur. Dicitur Post panis & vini consecrationem contra Ubiquistas de grege Lutherianorum, qui volunt corpus Christi esse ubique, idcoque etiam in Hostia ante consecrationem. Dicitur verò non figuratèr, contra omnes Sacramentarios, qui dicunt Christum adesse dumtaxat in signo & figura. Dicitur realitèr, non objective tantum, contra Calvinium, qui contendit Christum adesse tantum secundum quòd fide apprehenditur. Dicitur substantialitèr, non accidentalitèr, contra Calvinistas, qui dicunt substantiam corporis Christi esse in celo tantum, in coena verò secundum quamdam ejus virtutem. Veritatem hanc, quam tot machinis conculcare conati sunt Hæretici, momentis invictissimis per varios §§. stabilendam suscipimus.*

§. I. Primum momentum ex Capite 6. Joannis.

Christus Cap. 6. Joanni promittit, se daturum suam carnem in cibum, & suum sanguinem in potum, his verbis vers. 52. & sequentibus: *Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Litigabant ergo Judæi ad invicem, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Dixit ergo eis Jesus: Amen, amen dico vobis: Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis... Caro enim mea verè est cibus: & sanguis meus verè est potus... Hic est panis, qui de celo descendit. Non sicut manducaverunt patres vestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, vivet in æternum. Hæc dixit in Synagoga docens, in Capharnaum. Multi ergo audientes ex Discipulis ejus dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Sciens autem Jesus apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli ejus, dixit eis: Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filium hominis ascendentem, ubi erat prius? est, qui vivificat: caro non prodest quidquam. Verba, qua ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt... Ex hoc multi Discipulorum ejus obierunt retrò; & jam non cum illo ambulabant.*

Ex toto illo contextu sic formo argumentum. Christus hoc loco promittit dare carnem suam, non spiritualitèr tantum per fidem, neque in signo, ut contendunt Hæretici, sed verè & realitèr manducandam, & sanguinem suum verè & realitèr bibendum; atqui, quòd tam solemnitèr promissit, indubiè adimplevit, fidelis enim est Deus in suis promissis, nec falli aut fallere potest: ergo. Tota difficultas est in Majori; contendunt enim Hæretici ibi sermonem esse non de reali manducatione, sed spirituali per fidem. Pro quo observandum est nos non contendere in toto hoc Cap. 6. Joannis agi de sola Eucharistia. Triplex enim in eo pars potest distingui: in 1. usque ad versum 25. agitur de cibo materiali, seu multiplicatione quinque panum In 2. usque ad versum 52. agitur de cibo merè spirituali, nempe de fide in Chri tum incarnatum. In tertia a versu 52. ad finem de reali manducatione carnis Christi. Hoc notato,

Probatur 1. Major. Christus loquitur in futuro, dum ait: *Panis, quem ego dabo*; atqui, si intelligeret de spirituali manducatione per fidem & non de reali, non loqueretur in futuro; manducatio enim spiritualis per fidem est omnium temporum.

2. Capharnaïta & quidam discipulorum, quos alloquebatur Christus, intelligebant verba ejus, non figuratèr & metaphoricè, sed de vera & reali manducatione carnis: scandalum enim in his patiebantur, nec poterant capere, quomodo Christus posset dare illis carnem suam ad manducandum, & inde dicebant durum esse ejus sermonem. Porro, si non intellexissent de reali, sed spirituali tantum manducatione, nulla erat causa scandali; facile enim conceperunt, quomodo illis daret carnem suam ad manducandum spiritualitèr; nec apparuisset illis durus iste sermo. Atqui in hoc non errabant, quòd intellexerunt de reali manducatione, si quidem Christus non tantum non correxit istam eorum intelligentiam, prout absque dubio fecisset, si in hoc errasset, quia è contra juramento & suæ Ascensionis miraculo firmavit. In hoc ergo dumtaxat errabant, quòd, cum nihil suspicarentur de invisibili & sacramentali continentia corporis Christi in hoc Sacramentò, putaverunt carnem Christi manducandam visibili modo in propria specie, quemadmodum carnes communes manducantur: quam erroneam intelligentiam correxit Christus dicendo, *spiritus est, qui vivificat: caro non prodest quidquam, &c.*

3. Christus sæpius distinguit inter carnem & sanguinem, inter cibum & potum; atqui spiritualis manducatio non eget ista distinctione; in perceptione enim Christi per fidem idem est manducare & bibere. 4. Christus promittit donum præstantius manna, ut patet his verbis: *Non sicut manducaverunt Patres vestri manna, &c.* atqui panis in ratione signi seu figure Corpus Christi non est quid præstantius manna, nec minus in manna, quam in pane, Christus fide percipitur ergo.

5. Eodem sensu ac nos hæc Christi verba intellexerunt Concilium Ephesinum in approbatione Epistolæ S. Cyrilli ad Nestorium, Nicenum II. Act. 6. Cyrillus Alexandr. Chrysostomus, Aug. Theophylactus, Euthymius, Rupertus, S. Th. hi omnes in Commentariis in Joannem. Originis hom. 16. in Num. Cyprilianus libr. de Orat. Dom. Basil. in Regulis moral. Reg. 12. Ambrosius l. 4. de Sacram. c. 5. Leo Magnus serm. 6. de Jejun. 7. mensis, & alii plures citati apud Bellarmin. & sequentibus sacculis, qui insurrexerunt adversus Berengarium, Pascasius, Adelmanus, Guimundus, Algerius, & omnes Scholastici, paucis exceptis, de quibus modò.

6. Tandem ipsimet Hæretici ex his verbis: *Nisi manducaveritis, &c.* contendunt probare contra nos obligationem communicandi sub utraque specie: ergo, velint nolint: intelligitur hic textus de reali manducatione. Quid huic probationi respondeant Hæretici, expenditur in sol. Obj. & inde magis firmabitur argumentum.

§. II. Secundum momentum ex verbis Institutionis.

Matth. 26. legitur: *Conantibus autem eis (Apostolis) accepit Jesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque Discipulis suis, & ait: Accipite & comedite. Hoc est Corpus meum. Et accipiens Calicem gratias egit: & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes: Hic est enim sanguis novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Marci 14. Et manducantibus illis, accepit Jesus panem: & benedicens fregit, & dedit eis: Sumite, hoc est Corpus meum. Et accepto calice, gratias agens dedit eis & biberunt ex illo omnes. Et ait illis: Hic est sanguis novi testamenti, qui pro multis effundetur. Lucæ 22. Et accepto pane gratias egit & fregit, & dedit eis dicens: Hoc est Corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, postquam cenavit, dicens: Hic est calix novum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. Hæc verba sole clariora ad tropos & figuras detorqueunt Sacramentarii: ea autem esse intelligenda in sensu proprio & literali, probandum nobis incumbit.*

Prob. 1. Christus his verbis 1. Testamentum condebat; ita exprimitur laudata verba trium Evangelistarum. 2. Sacramentum instituebat; id nec ipsi Sacramentarii negant. 3. Legem sanciebat juxta hæc Lucæ verba: *Hoc facite in meam commemorationem.* 4. Dogma singulare docebat; patet ex subjecta materia: & quamvis foret tantum figura Corporis Christi, semper esset singulare Dogma anti tempora Christi inauditum. 5. Tandem amicos instante morte alloquebatur, juxta illud Jo. 13. *Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos*; atqui hæc quinque requirunt propriam, literalem, obviam, naturalem, non metaphoricam, aut figurativam locutionem ergo.

Prob. Min. Per singulas partes. 1. Nihil exprimi solet clarius, distinctius, expressius, quam Testamentum; nec huc usque cuiquam venit in mentem testari per metaphoras, tropos, aut figuras: ita ut, si testamentum domus relinquatur, is ridiculus & stultus haberetur, qui contenderet intelligendum esse de domo picta, & non de domo vera, & reali. Undè humanis Logibus ff. de legatis Leg. 3. cautum est, testamenta interpretan-

tanda esse in proprio verborum sensu: ergo. 2. Verba Legum clara sunt, & perspicua, non metaphorica, seu figurata, ne prævaricationi locus detur: & idco nemo unquam Legem instituit in tropis, aut figuris: ergo. Neque refert, quòd Matth. 26. Lex videatur lata sub metaphora: *Attende a fermento Phariseorum.* Item Ephes. 4. *Nolite contristare Spiritum sanctum.* Nos enim loquimur de Lege, quæ de novo instituitur, & sit propriè dieta, qualis est Lex Eucharistiæ, non verò de Legibus, quæ non tam sunt novæ, & propriè Leges, quæ exhortationes ad observandas Leges, quæ aliandè sunt omnibus notæ, quales sunt, de quibus procedit objectio. 3. Tam in veteri, quam in nova Lege Sacramenta alia instituta sunt, & dogmata præcipua tradita verbis propriis, claris, & expressis, ne in eorum usu, aut fide erretur; quippe quæ sunt bases, & fundamenta Religionis: ergo a fortiori hoc præcipuum, & præcipuum novæ Legis Sacramentum, atque Dogma. 4. Solent homines morti proximi, & ultimum vale suis amicis dicentes, eos alloqui clarè, perspicuè, non obscurè, aut per tropos: ergo.

Prob. 2. Si verba Christi non essent intelligenda in sensu proprio, & naturali, sed metaphoricò, & figuratò, in re tanti momenti, in qua periculum erat gravissimi erroris, & idololatricæ, ut voluit Calvinistæ, & circa quam tot dissensiones, & scandala Spiritus S. prævidebat oritura, indubiè, vel ipse Christus, vel aliquis Evangelistarum hunc sensum metaphoricum indicasset. Christus enim dùm Parabolam Discipulis ediceret, illam explicabat, ut patet de Parabolâ seminis: & Evangelistæ in rebus longè minoris momenti solent sibi invicem supplere, & quod ab uno figuratèr dicitur, ab alio explicatur; sic v. gr. S. Joseph non semel Christi Patrem dicitur: ne falleremur, addit Lucas, *ut putabatur.* Joannes Baptista *Eliaz* a Mattheo nuncupatur; a Luca id explicatur de spiritu, & virtute Eliaz. Dùm Christus dixit cavendum a fermento Phariseorum, Evangelista explicuit de Hypocrisi. Cum dixit *soluite Templum hoc*, Evangelista pariter exposuit de templo Corporis sui. At hic, ubi, ut dixi, agitur de re longè majoris, & gravissimi momenti, neque Christus, neque ullus Evangelistarum, vel levitèr indicant sensum figuratum, ut metaphoricum, nec alter alterum explicat, sed omnes unanimitèr, & eodem modo referunt verba Christi: similiter Apostolus referens eandem institutionem, ut modò dicam: ergo.

Prob. 3. Cum in metaphoris res significata effertur de signo, illud signum debet esse auditoribus notum, vel ex natura rei, vel ex consuetudine, per impositionem hominum, aut ad ejus intelligentiam debet auditor prævia, aut subsequenti explicatione disponi, alias stulta, & falsa erit locutio: v. gr. stulte, & falso quæ loqueretur tibi sibi gratitudi fingens equum esse signum, seu figuram Cæsaris, simpliciter diceret: *Hoc est Cæsar.* Secus verò, si de ejus imagine id effertur; atqui panis neque ex natura rei, neque ex institutione, aut usu est signum Corporis Christi, neque Christus Discipulos ad hanc intelligentiam prævia, vel subsequenti explicatione disposuit, ut patet: ergo.

Prob. 4. Tandem: vel Christus non potuit Corpus suum realitèr, & substantialitèr tradere in Eucharistia; vel, si potuit, noluit. Si dicant Calvinistæ non potuisse, dicant ergo, quomodo potuit aquam in vinum convertere, panes multiplicare in Deserto, naturam humanam sibi hypostaticè unire, mundum ex nihilo creare; & sexcenta alia, quæ non videntur humanæ intelligentiæ minis impossibilia. Fortè divinum omnipotentiam suæ mentis numeris, & gradibus metietur homunculi? Si dicant, potuisse, sed noluisse: quæro ab eis, si voluissent, quæ verba selectiora, clariora, expressiora adhibere potuissent, ut hanc voluntatem nobis manifestaret, quàm hæc: *Hoc est Corpus meum: hic est sanguis meus: caro mea verè est cibus: sanguis meus verè est potus.* Sæntne clariora hæc, *Ego, & Pater unum sumus: Verbum caro factum est?* quibus adversus Arianos, & Nestorianos probant nobiscum Calvinistæ mysteria Trinitatis, & Incarnationis. Et, si liceat prioribus sensum figurativum affingere, cur non istis? Cur non toti Scripturæ? nec enim deerant Arianis, & Nestorianis alia Scripturæ loca in speciem sibi faventia, magis quàm quæ sibi favere existimant Calvinistæ. Proferant enim, si possunt, aliquem locum Scripturæ æquè sibi faventem, ac Arianis favebat iste: *Pater major me est.* Item: *Rogo Pater, ut unum sint, sicut, & nos unum sumus:* Item iste Nestorianis: *In similitudinem hominum factus, habitu inventus ut homo.* Quo ergo jure proprietatem verborum Scripturæ adversus Arianos, & Nestorianos servandum esse contendunt, & eam a verbis institutionis Eucharistiæ eliminant: præsertim cum Lutherus, a quo prodierunt Sacramentarii, quemque ut virum sanctum, & ad Ecclesiam reformandam a Deo electum prædicant, ita his verbis præsentiam realem asseri agnoscat, ut nullum superesse dubitandi locum existimet: *Vellem, inquit Ep. ad Argentinenses, quod posset aliquis mihi persuadere, nihil esse in Eucharistia præter panem, & vinum, magno ille beneficio me devinceret; jam* Licet. Billuart Pars Tertia.

§. III. Tertium momentum ex Apostolo.

Apostolus 1. Cor. c. 11. postquam retulit se accepisse a Domino institutionem Eucharistiæ, qualem narrat Evangelistæ, addit: *Qui manducat, & bibit indignè, judicium sibi manducat, & bibit, non judicans corpus Domini.* Et supra, *Reus erit corporis, & sanguinis Domini;* atqui, si non esset in Eucharistia nisi figura corporis Domini, non idco peccaret, qui indignè sumit, eò quòd non didicerat corpus Domini, quin potuisset judicare deberet non esse ibi corpus Domini: ergo. Confir. Si Eucharistia non sit nisi figura corporis Christi; erant ergo pariter rei corporis ejus, qui indignè manna, aut agum paschalem comedebat. Item ejusdem sacrilegi rei haberi debent, qui in peccato proferunt hanc vocem: *Christus;* item, qui ejus imagines conculcant, aut dilacerant, prout faciunt, & fecerunt Calvinistæ, & Lutherani.

§. IV. Quartum momentum ex Concilio.

Concilium Nicenum 1. generale ann. 325. a Calvino l. 4. Inst. c. 9. §. 8. approbatum, & receptum cum aliis tribus proximis Conciliis generalibus, sic habet Can. 14. *Pervenit ad sanctum Concilium, quod in locis quibusdam, & civitatibus Presbyteris Sacramenta Diaconi porrigit. Hoc neque Regula, neque consuetudo tradidit, ut hi, qui offerunt Sacrificii non habent potestatem, his, qui offerunt, corpus Christi porrigit.* Concilium Ephesinum ann. 431. in Ep. Cyrilli ad Nestorium, ab ipso Concilio approbata, legitur: *Ad mysticas benedictiones accedimus, eaque ratione sanctificamur, utpote sacræ carnis, & pretiosus sanguinis Christi omnium nostrum participes effecti. Neque enim illum ut carnem communem suscipimus... sed tanquam verè vivificam, ipsiusque Verbi propriam.*

Concilium Nicenum II. septimum generale ann. 787. Act. 6. postquam probavit ex laudatis textibus Scripturæ in Eucharistia verum Christi corpus, & sanguinem esse, neque ullum Apostolorum, aut illustrium Patrum vocasse Eucharistiam imaginem corporis Christi, excludendo scilicet realitatem, sic concludit: *ergo liquidè demonstratum est, quòd nunquam Dominus, vel Apostoli, aut Patres imaginem dixerunt Sacrificium sine sanguine, quòd per Sacerdotem offertur, sed ipsum corpus, & ipsum sanguinem, &c.*

Hæc ante Berengarium, a tempore verò Berengarii, qui primus hæresim apertè propugnavit, eam demarant Concilia, Vercellense sub Leone IX. Turonense sub Victore II. duo Romana sub Nicolao II. & Gregorio VII. Lateranense sub Innocentio III. Viennense sub Clemente V. Constantiense sub Martino V. Florentinum in Decreto unionis, ac tandem Trid. sess. 13. cap. 4. & can. 1. his verbis: *Si quis negaverit in SS. Eucharistia Sacramento contineri verè, realitèr, & substantialitèr corpus, & sanguinem una cum anima, & Divinitate Domini nostri Jesu-Christi, ac proinde totum Christum; sed dixerit, tantummodò esse in eo ut in signo, vel figura, vel virtute, anathema sit.*

§. V. Quintum momentum ex Patribus.

Signatus Martyr, S. Joannis Discipulus, Ep. ad Smyrneneses a Theodoro Dial. 3. relata, de Simonianis, & Saturnianis loquens, dicit: *Eucharistiam, & oblationes non admittunt, quòd non confitentur Eucharistiam esse carnem Salvatoris Domini nostri Jesu-Christi, quæ pro peccatis nostris passa est, quam Pater sua benignitate suscitavit.* S. Justinus Apolog. 2. ad Antonium ann. 150. scripta, loquens de Eucharistia dicit: *Non enim ut communem panem, neque communem potum ista sumimus, sed quemadmodum per verbum Dei caro factus Jesus Christus servator noster, & carnem, & sanguinem salvis*

nostrae habuit, ad eundem modum etiam eam, in qua per preces...

Reponunt Hæretici, hæc non posse intelligi nisi in sensu figurativo: 1. Quia alioquin sequeretur juxta Justinum, quod si...

S. Irenæus circa ann. 180. l. 4. adversus Hæres. c. 18. aliis 34. contra Valentianinos, qui, admittentes veritatem Eucharistiae...

Tertullianus initio 5. sæculi l. de orat. c. 14. ait: Accepto corpore Domini, & reservato, utrumque salvum est, & participatio...

patet ex verbis immediate sequentibus, prosequitur enim: Figura autem non fuit, nisi veritatis esset corpus.

Id adhuc magis clarescit ex scopo Tertulliani. Agit ibi contra Marcionem, qui dicebat: Non assumptis verum corpus...

Posset etiam adhiberi solutio communis, de qua infra, scilicet Tertullianum dixisse Eucharistiam esse figuram corporis Christi...

Cyprianus circa medium 3. sæculi Ep. 63. ad Cælium, comparans vinum commune cum vino Eucharistico, dicit: Quomodo...

S. Hilarius Pictaviensis 4. sæculo probat contra Arianos, Patrem & Filium esse unum, non solum consensu voluntatis, sed etiam natura...

& tunc perfecta fidei officium fungemur. De naturali enim nobis Christi veritate, que discimus, nisi ab eo discimus, stultè...

Cum hæc sint apertissima pro veritate realitatis, conantur Sacramentarii ertere ex aliis operibus S. Doctoris, quod opponant, sed incassum. Dicunt igitur, S. Hilarius in Ps. 124. docere, Deum eodem instanti diversis esse in locis, quia incorporeus est...

S. Cyrillus Jerosolym. eodem sæculo Catechesi 4. mystagogica instruens recentèr baptizatos, dixit: Cum igitur Christus ipse sit affirmet, atque dicat de pane: hoc est corpus meum...

His præcluduntur omnia Hæreticorum effugia. At, cum non habeant quia evadant, negant Catecheses Mystagogicas esse S. Cyrilli, id quod differant stylo a Catechesibus Illuminatorum, quos Hieronymus in Catalogo, Theodoretus Dialogo 2. Damascenus Orat. de Imaginibus tribuunt Cyrillo. Sed contra...

S. Ambrosius eodem sæculo l. de initiandis c. 9. ait: Quomodo in mihi asseris, quod Christi corpus accipiam: & hoc nobis adhuc superest, ut probemus non hoc esse, quod natura formavit, sed quod benedictio consecravit...

sit Dominus, & facta est terra, &c. Vides ergo, quàm operatior sit sermo Christi. Si ergo tanta vis est in sermone Domini Jesu, ut inciperent esse, que non erant: quàm magis operatorius est, ut que erant, in aliud commutentur? Cælum non erat, mare non erat, terra non erat; sed audi dicentem: ipse dixit, & facta sunt, ipse mandavit, & creata sunt. Ergo tibi ut respondeam, non erat corpus Christi ante Consecrationem, sed post Consecrationem dico tibi, quod jam corpus est Christi. Et c. 5. Antequam ergo consecratur, panis est; ubi autem verba Christi accesserint, corpus est Christi. Ergo videte, quantis generibus potens est sermo Christi universa convertere. Deinde Dominus Jesus testificatur nobis, quod corpus suum accipiamus, & sanguinem. Numquid debemus de ejus fide, ac testificatione dubitare? magnum quidem, & venerabile, quod manna pluit Judæis a cælo, sed intellige, quid est amplius manna de cælo, an Corpus Christi? corpus Christi utique, quæst auctor cæli.

His quasi fulminibus attritii Calvinistæ desperatè negant libros de Sacramentis esse S. Ambrosii, eo quod non redolent elegantem Ambrosii stylium. Verùm omnes Scriptores a novem sæculis hos libros S. Ambrosio adscribunt. Nonne his potius est fides adhibenda, quàm hæreticis, qui illos Ambrosio non denegant, nisi quia illorum falsa dogmata everunt? Neque obstat, S. Ambrosium styli sui sublimitatem in his libris paululum depressisse: observat enim Augustinus libr. 4. de Doctr. Christ. c. 19. sanctos Patres pro diversitate argumentorum diverso dicendi genere usos fuisse, testaturque c. 21. ipsum S. Ambrosium dimissum stylium adhibuisse, cum res magnas, & fidei mysteria docebat: S. quod Ambrosius, inquit, cum agat rem magnam de Spiritu S. ut eum Patri, & Filio demonstrat aqualem, submisso tamen dicendi genere utitur, quoniam res susceperat, non ornamenta verborum, aut ad flectendos animos conationis affectum, sed rerum documenta desiderat. Non mirum itaque, quod S. Ambrosius Doctrinam, & mysteria Sacramentorum in Concionibus ad populum exponens stylium submissum adhibuit, & voces minus elegantes usurparit. Alias Hæreticorum ineptias circa id argumentum exufflatas habes apud Vincentium Contenson hic c. 1. speculat. 2. & Nat. Alex. sæc. 4. c. 6. a 27. §. 2. Verùm esto libros de Sacramentis non esse Ambrosii, nihil obtinerent Hæretici, si quidem S. Doct. eodem prorsus, & æquali perspicuitate doceat in libro de initiandis, quem non negant esse S. Ambrosii. Unde Editores Benedictini, de hoc libro loquentes, dicunt: Porro ab hoc ipso loco (c. 8.) ad finem usque operis, tot tamque efficacia probandæ Christi in Sacramento realitatis, ut vocant, presentie suppetunt argumenta, ut ea deponere atque adversus temerariam Berengarii novitatem opponere strenuissimè ejusdem Eucharistia veritatis propugnatores Lanfrancus, Guilmundus, Algeris, Petrus Cluniacensis, alique certatim contenderint: neque verò, ut eadem elearent, aut eluderent probationes, seguiorem operam navaverunt Heterodoxi. Verùm tamen inanes, ne dicam ineptas, eorum argutias, atque cavillationes esse, prudens Lector facile deprehendet.

Chrysostomus hom. 24. in 1. ad Cor. Id, quod est in calice, est id quod fluxit ex latere, & illius sumus participes... Quomobrem, si sanguinem cupis, non aram Idolorum brutorum cede, sed meum ad altare, meo cruentum sanguine. Et postquam ostendit, quod amatores alii in vestibus ceterisque muneribus suam magnificentiam ostendant, in sanguine autem nullus unquam addit: Christus autem in eo suam nobis ostendit curam, & ardentem in nos charitatem... pro cede brutorum seipsum jussit offerri... Hoc corpus etiam jacens in præsepi reveritè sunt Magi, & cum multo metu, & tremore adoraverunt. Tu autem non in præsepi vides, sed in altari, non faminam eum tenentem, sed Sacerdotem astantem. Hom. 51. in Matth. Non vestis solium, inquit, sed corpus ipsius nobis propositum est, non ut tangamus solum, sed ut comedamus, & saturemur. Qui enim majus, id est, seipsum pro te posuit, quare dedignabitur suum tibi tradere corpus? Et Hom. 87. Quomam ergo ille dixit: Hoc est corpus meum; nulla teneamur ambiguitate, sed credamus, & oculis intellectus id perspicimus... Quomodo dicunt: vellem vestimenta ipsa, vellet collaramenta videre. Ipsum vides, ipsum tangis, ipsum comedis (sub velamine scilicet specierum)... Veniat in mentem tibi, quod sis honore honoratus, quia mensa fruaris; ea namque re nos alimur, quam Angeli videntes trement... Quis loquetur potentias Domini, auditis faciet omnes laudes ejus? Quis Pastor oves proprio pasceat cruce? Neque illi sat fuit hominem fieri, colaphis cadi, & crucifigi; verum & semetipsum nobis committere, & non fide tantum, verum ipse re suum efficit corpus. Quot verba, tot fulmina contra Sacramentarios.

S. Cyrillus Alex. circa medium 5. sæculi l. 4. in Joann. c. 2. exponens c. 6. Joannis ait: Nihil igitur occultans denum Christum ait: ego sum panis vivus, qui de cælo descendi, illud manna typus erat, inquit, & umbra, & imago. Audite palam nunc & aperte: ego sum panis vivus: si quis manduca-